

serviunt, cum altari participant," desiderioque flagrantes ut illis prospiciatur, qui vocationi Divinæ Sancta voluntate obtemperantes, animarum saluti vitam voverint, cum jam senio confecti aut infirmitatibus prostrati ulteriori in vinea labori inhabiles inveniantur, ad eripiendam etiam omnem rationabilem excusationem illis, qui prætextu senio providendi ac infirmitatibus, spiritu avaritiae ducti, fidelium scandalo et detimento Ecclesiae pecunias accumulare satagent, hujus Concilii Patres statuerunt, ut unusquisque hujusce provinciæ Episcopus, quamprimum *pecuniaæ cumulo creando* provideat, qua senes et infirmi Sacerdotes decenti perquam modo, ali possint as sustentari. Fas est Episcopo pecuniaæ fundum creare vel ab ipsis Sacerdotibus vel ex redditibus Ecclesiarum. Administrationem hujus subventionis vel fundi Episcopus ipse cum suo Concilio Dicecesano habere debet. Ex eodem fundo etiam, Ordinarii judicio, poterunt saltem aliquatenus sustentari illi etiam Sacerdotes, qui quidem sunt vel recenter fuerunt minus digni, sed de quibus spes effulgeat illos ad meliorem frugem esse reduncendos.

Sperant, Patres Concilii, fore ut Sacerdotes obligationem fratibus subveniendi alte sentiant, memores semper aureæ Divini Magistri sententiæ: "In hoc cognoscent omnes quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem" (Joan xiii. 35).

DECRETUM XVII.

De Honestâ Sacerdotum et Ecclesiarum Sustentatione.

Quum Ecclesiæ nec non et Ecclesiarum Pastores honeste sustentari, juxta temporum juncturas, maxime intersit atque hœc obligatio fidelibus indubitanter injungatur, decernunt